

ÆNIGMA GALLIÆ

MINIMVS, non MINIMVS,
MINIMUS, MAXIMUS.

HOC EST,

D. FRANCISCVS
 DE SALES, GALLVS,

EX

Tertio Minimorum Ordine
 D. FRANCISCI DE PAULA
MINIMUS.

IN

Celeberrima ad S. Salvator: RR, PP. MINIMOR:
 Ecclesia

IN URBE VETERO PRAGENSI
 Panegyrico

Coram Auditorio Academicō
 solutum

CASPARO KNITL, Minimæ

|Societatis IESV Religioso.

IV. Calend. Febr: ANNO M. DC. LXX.

Cum Facultate Superiorum

PRAGE,

Typis Universitatis Carolo-Ferd: in Colleg: Societ:
 JESV, ad S. Clementem.

REVERENDISSIMO PATRI IN CHRISTO , PATRI
SEBASTIANO
 QUINQUET.

S. Ordinis Minimorum S. FRANCISCI de PAVLA SS. Theo-
 log: Lectori Jubilato , Concionatori celeberrimo , Cor-
 rectori Generali dignissimo , mihi semper observandissimo .



(a) Diem. 4.
 pud Kirch.
 adi p. A-
 gyp. T. 2.
 (b) ibidem.

(c) Tit. com-
 ment. de reb.
 Gall. I. 1.
 (d) vid. Zuch.
 in Opt.

(e) Gell. apud
 Bayerl. L. Ad
 (f) Lan. v.
 Chron. Anno

1435. 1.
 (g) Sic eam
 vocat Hono-
 rius III. Pont.

(h) Poëtic.
 (i) I. 49. v. 6.
 (k) Dñnez.

Bouq. de sen-
 tenc.

(l) Hom. II. 4.

(m) Iud. 1. 4.
 vers. 18.

(n) I. Cor. 13.
 Vers. 12.

Acio , quod volunt Tui Filij , Reverendissime Pa-
 ter: Enigma Tibi Gallicum propono. Sales amat anigma:
 (a) etiam hoc Sales habet ; immo totum est Minimus Maxi-
 mus Franc: de Sales. Tenebras habet anigma: (b) lucem ad-
 dere volui , sed grand prometteur , petit donneur : obscuravi
 magis obscurus homo. Gallia , Gracè , Γαλλατία , à γάλα descendit , hoc
 est , à latte , à corporis candore. (c) album maxime lucidum est. (d) Candida
 Gallia lucis patria est : illustra tenebras luce patriâ Lnx Gallica! Nodos ha-
 bet anigma : binc Antiphantes vocat illud scirpum enodem. (e) si nodus
 Gordius scindendus est , opus ense : si dissolvendus , acumine : volui solve-
 re nodum , non solvi hebes Orator: ad Terrecurso SEBASTIANE! sagittarius
 es , non tam quia SEBASTIANYS , quam quia Minimorum Generalis es : Pa-
 tria Minimorum est Gallia , (f) Gallia CHRISTI pharetra : (g) pharetra
 sagittarum patria : (h) Ecce ! Minimi Tui sagittæ CHRISTI , sagittarum
 elektorum (i) Pater Sagittarie! solve nodum , numerosum acumen ha-
 bes in sagittis. Gallicum est hoc anigma à Gallo SALESIO: audax fui , ani-
 gma Gallicum solvere tentavi , qui vix unum & alterum lingue Gallicanæ
 rudimentum addidicí. Gallia fertile pratum est juxta tritum illud : (k)
 France est un pré
 qui se fauche trois fois l' année.

Est pratum , in prato flos , in flore mel. Galliae flos , idioma Galliae : mel
 in flore , mellea suavitatis in idiomate. hoc melle plenus es , Prædicator ce-
 leberrime ! cuius ab ore fluit Oratio dulcior melle. (l) Enigma meum , si
 Gallicum , vix non , ut Samsonis , est melleum : (m) quid dulcior melle ?
 mel amas mellea Pater , anigma melleum admitte. Punctum difficultati-
 tes est in hoc enigmate Minimus Maximus : quis tanget hoc punctum me-
 lius , quam Tu , qui Minimus es & Maximus Minimorum ? Speculum esse
 mihi viderit hoc enigma : Tu Minimus Maximus in hoc speculo *imago vi-
 sionis* . Speculum bimur interim Te Pater Reverendissime , Minime Maxi-
 mus in speculo & enigmate , donec videamus Te [quod speramus adhuc
 hoc anno] facie ad faciem . (n)

REVERENDISSIMA PATERNIT: VESTRAE

Servus minimus

C. K. S. J.





D.FRANCISCUS de SALES

Minimus, ideo Maximus.

Arcite! dicam, quod sentio RR. PP.
Francisco-Paulani. Habet Ordo Vester
pleraque maxima, unum *Minimum*: ma-
xima quæ sunt, illa vix non capio, solum,
quod habetis, *Minimum* captu majus est,
stupeo, non capio. Ordinem Vestrum
quoddam esse Cœlum docet me Leo X.
(a) vix enim alias *Vos* esse stellas dixisset.
Cœlum est, & Cœlum mirabile, quod in Zodiaco præter pisces
& canceros (b) habet penè nihil. Cœlum à quarto voto (c) sem-
per *Quadragesimale*, & ideo nec admittit *Plejades*, quas Vulgus
vocat *Gallinam cum pullis*, nè forsitan aliquando pariat, quod
ad mensam non admittitis, ovum (d) *Pascuale*. Hoc Cœlum non
capiunt, quorum animalis Zodiacus pingues alit cum *Tauris* &
rietes: ego capio. Nè frigidi pisces frigidam facerent Vestram
Religionem, calidam assumpstis Animam, *Charitatem*. (e) an-
helatis? *Charitas* halitus est, quo, calido velut Favonio, ani-
mabus Ver adspiratis, astutatis? *Charitas* astus est, quo frigidos
etiam Saturnos ad amorem calefacitis, sudatis? *Charitas* sudor
est, quo totam pridem Ecclesiam ad copiosos fructus irrigatis.
O *Charitas*! hoc non capiunt, in quibus *Charitas* etiam super a-
guilonare frigus refrixit: (f) ego capio. Fulgentem *Lampadem*
compellat *Vos Pontifex*: (g) hinc bene semper utimini oleo, (b)
flammæ nutrimento. Utimini semper oleo: quot ergo Fratres,
tot adoro *Christos*, hoc est, *Vnctos*, similes Christo per omnia,
dissimiles in hoc unico, quod ipse fit *Emmanuel* & *butyrum co-
medat*, (i) *Vos butyrum non admittatis*, (k) sed oleum. Hoc non
cepit Adolphus Gustavus. (l) ad gustum non erant cibi cum o-

(a) in Bull.
Canoniz. S.
Franc. de
Paula.
(b) reg. ca-
pitul. 6.
(c) ib. cap. 10.
(d) ibid. ca-
pitul. 6.

(e) Minimo-
rum insigne
Charitas in
Bull. Leon.
X. ut suprà.
(f) Matth.
24. 6. 12. .
(g) Leo X. in
bulla ut sup.
(h) reg. ca-
pitul. 6.
(i) If. 7. 6. 15.
(k) regul.
capitul. 6.
(l) Leon.
Chronic.
1629. n. 6.

(m) Matth. leo, vocavit Vos fatuos, ipse fatuus, qui lampadem habuit extinctam sine oleo, (m) hoc est, sine charitate, (n) sola cum Luthero perfido contentus fide, non cepit hoc, ego capio. Sed vultis sci- à Lapid. in re, quid non capiam? interrogo Vos PP. mei! qui estis, qui splen- I.c. 10. 6. 27. detis ut Cœlum, ardetis ut Charitas, fulgetis ut lampas? & ecce! (o) Digest. demissis ad modestiam oculis, ad humilitatem inflexo capite, Minimorum in preamb. ridibundis ad humanitatem labijs respondet alter post alterum f. 2. dictum illud à à Paulo Paulinum, à Vobis Paulanum: ego sum Minimus. (o) O PP. Minimi! hoc est illud Minimum, quod non capio. Vos Minimi! An. 1435. nati, (p) Parentem habuistis Franciscum de Paula Thaumaturgum, qui solus sustulit lapides, (q) sub quibus etiam corruerent Gigantes: Parentem tam grandem, ut S. Franc. de alio tecto tegi non posset, quam Cœlo: hinc migrare coactus in Paula. (r) Lanov. Eremum, hoc est, in aperta camporum. (r) O Filij! Viri Gigantes! quomodo Minimi? yix in agro Paulano nati de Cœlo detra- 1435. n. 1. xistis angelos ad miraculum: montes transtulisti ad prodigium: stupendas moles in ære suspendisti ad portentum. (s) O Viri Gi- (s) idem An. 1435. n. 3. gantes! quomodo Minimi? Totidem habetis Fundamenta, quot ad fin. Ecclesia: hæc Apostolos, Vos 12. primos Francisci socios: (t) his superstructi stetistis ad hanc usque diem annis omnino 235. im- (t) id. ibid. moti: etiam longissima Regum manus Vos attentârunt dejicere, (u) id. An: nec nutastis. (u) O Viri Gigantes! quomodo Minimi? in ternos 1480. n. 2. divisi Ordines, (x) Capitula Gener. habuistis 42. Generales 43. (x) Leo X. in Bull. Cano- horum Collegas 123. per orbem 535. inhabitatis Conventus, for- miz. S. Franc. de Paula. tè triginta (quantus numerus!) triginta personarum millia; Oriente unâ, tenetis Occidentem alterâ, ipsum Orbem novum, cum inventore Columbus, per Bernardum Bueil immortalem Patriatcham, (y) novo stringere cœpistis amplexu. O Viri Gi- (y) Odoric. gigantes! quomodo Minimi? ut majores fieretis, laborârunt Min- Raynald. in annal. Ec- nimi, Medij, Maximi, omnes. Quid non Crues fecerunt? testor (z) Lanov. in Chronic. Min. 1552. 1. Lugdunum in Gallia, (z) Leodium in Belgio, (a) Messanam in Si- (a) 1618. 1. cilia. (b) Quid non Viri Nobiles fecerunt? testor Vallisoretum in (b) 1503. 1. Hispania, (c) Venetias in Italia, (d) Pistorium in Hetruria. (e) (c) 1544. 1. (d) 1586. 4. (e) 1614. 3. Quid non Perillustres Equites? testor Crotonum in Calabria, (f) (f) 1460. 1. Bruxellas in Belgio, (g) Hispanim in Vandalia. (b) Quid non Illu- (g) 1616. 4. strissi- (h) 1524. 5.

Strissimi Barones? Nancerium testor in Gallia. (i) Quid non
Illustrissimi Comites? interrogate Parisos in Francia, (k) *Fontes*
in Aragonia, (l) *Tornadorum in Burgundia.* (m) *Birnicium &*
Pisfrictium in Boëmia. (n) Quid non *Celfissimi Principes?* inter-
rogate Balneolum In Longobardia, (o) *Mediolanum in Italia,*
(p) Vranovium In Moravia. (q) Quid non *Reverendissimi Epi-*
scopi & Arcbi-Episcopi? interrogate *Rothomagum in Norma-*
nia, (r) *Antverpiam in Belgio,* (s) *Gerundam in Hispania.* (t)
Quid non Serenissimi Duces & Electores? loquatur *Panormus in*
Sicilia, (u) *Placentia in Italia,* (x) *Monachium in Bavaria.* (y)
Quid non Eminentissimi Cardinales? loquatur *Avinio in Fran-*
cia. (z) Quid non *Serenissimi Reges?* loquatur *Neapolis in Ita-*
lia, (a) *Valentia in Hispania,* (b) tota *Gallia.* Vnâ voce clamant
 omnia, se magnifica Vobis erexisse Domicilia. Et quid fece-
 runt *Augustissimi Romani Cæsares?* O FER DINANDE II. Cæsar im-
 mortalis memoriae! hæc ipsa terra, quam calcant *bi Minimi*, tua
 liberalitas est. (c) expulisti ex hoc ipso loco streperos Hussi an-
 seres, & induxisti *Minimos*, hoc est, quotidie suavè DEO ca-
 nentes olores, induxit: & cum quanto (dicáme) prodigo?
 quando ingressi *Minimi* in portis omnibus, in Ecclesiæ parieti-
 bus, in tabulatis suum illud lemma scriptum legerunt: *Quam-*
diu fecisti uni ex his fratribus meis Minimi, mibi fecisti. (d) Vi-
 detis PP. *Minimi!* quanti & quantos Vos fecerint status Orbis
 Vniversi? O Viri Gigantes! quomodo *Minimi?* Quid fecerunt
 Orbis Capita, Summi Pontifices? (e) Fuitis corculum Eugenij
 IV. Ocellus Sixti IV, pupilla Innocentij VIII. amplexus Alex. VI.
 osculum Julij II. Cupidiae Leon. X. Flos Clem. VII. *Hyacinthus*
 Pauli III. Corona Julij III. Pauli IV. thesaurus, Pij IV. viscera,
 Pij V. solarium, Greg. XI. gaudium, Sixti V. desiderium, Greg.
 XIV. delicium, amor Clem. VIII. voluptas Pauli V. mel Greg.
 XV. mellifantes apes in rosa Urbani VIII. O quam altè suis
 Vos elevârunt privilegijs hi Summi Pontifices! tam altè, ut &
 ipsi, quamvis maximi, Vos aspicere non potuerint unquam,
 quin summè suspicerent. O Viri Gigantes! quomodo ergo *Mi-*
nimi? O *Minimi non Minimi?* altissimi, depressissimi! longissi-

(i) 1590. 1.
 (k) 1590. 2.
 (l) 1595. 2.
 (m) 1611. 2.
 (n) 1629. 8.
 (o) 1603. 8.
 (p) 1541. 1.
 (q) 1629. 2.
 (r) 1600. 1.
 (s) 1614. 6.
 (t) 1611. 6.
 (u) 1518. 10.
 (x) 1581. 1.
 (y) 1629. 9.
 (z) 1570. 3.
 (a) 1533. 1.
 (b) 1533. 2.

(c) *idem*
 An. 1629.

(d) *idem ib.*
 Matth. 25.
 §. 40.

(e) *Vide*
 Bullar. Mi-
 nimorum.

mi , brevissimi ! latissimi , arcifissimi ! verbo , Minimi , Maximi !
Ænigma Mundi.

(f) Minimo,
rum & Mi-
nima Socie-
tatis maxi-
ma conjunc-
tio in Gal-
lī.

Hoc Ænigma solvam hodie PP. Minimi ! solvam , ut me
cum Minima Matre mea , quæ Vobis (præsertim in Gallijs) (f)
semper est obligatissima , aliquid saltè modo exolvam . Sol-
vam Ænigma , sed in Salefo Ænigmate Gallico ex III. Minimo-
rum Ordine , Minimo , non Minimo , Minimo , Maximo . Non-
solyam in Vobis : scio enim nullum sic expallere ab ignominia ,
quàm Vos à vestris laudibus erubescatis . Imò solvam in Vo-
bis . quidquid enim dicam de Salefo , de Vobis dicam . Si Vos
estis imago , prototypon est Salesius : si speculum estis , lux refle-
xa de speculo est Salesius : si nubes estis , sol reflexus in hac nube
parelius est Salesius .

O SALESI Beatissime ! Genevensis Episcopus es , bacu-
lum habes Pastoralem : ecce ! ego Scipio non tam vocor , quàm
sum , quia Obedientiæ Filius , hoc est , ut mea loquitur regula ,
Senis baculus : (g) percutie me baculo Tuo , ut resonem ad lau-
des Tuas totus vocalis , consonans totus . Aureus Scriptor es ,
(h) calamum habes aureum in dextera ; (i) excute calamum in lin-
guam meam , ut velut à lingua Chrysostomi fluat Oratio . Igneus
Elias es , (k) cor flammœnum ostendas in sinistra : (l) concede
tantisper flamas , ut in Oratione lumina : ignes , ut ad exci-
tandos in Te affectus habeam calorem . Vos verò Gratiissimi
AA: audite me cum patientia , ego dicam ita , ut quilibet ac-
cipiat Salesium : Minimi Minimum , Maximi Maximum : Medij
aliquid de Minimo , aliquid de Maximo : Favete .

(g) Reg.
Sūmarū 36.
(h.) Vita p.
4. c. 14.
(i) in ima-
gine prefixa
vite.

(k.) Ray-
naud. Ha-
giol. Lugd.
indic. SS.
Lugd.

(l) in dicta
imagine.
Salesius
Minimus.
Physiogno-
mia Mini-
mi.

(m) Platin.
diſ. ad ſtell.
(n) Athen.
l. 13. c. 22.
(o) Ovid. l.
8. Met.

D. Franc: SALESIVS ex III. Minimorum Ordine Minimus
non Minimus , Minimus Maximus spectemus Minimum . Deni-
que Minima Matri Minimorum simillimus est , Filius genuinus .
Quid si priùs Matrem videamus ? ostendam illam , sed non ex-
pectate in oculis Helenam , (m) Phrynen in genis , (n) Ariad-
nen in labijs , (o) Theodoten in eapillis , (p) Rhodopen in-
calceis , (q) Hieram in statura . (r) Est pulchra , sed modeste :
est gratiola , sed religiosè : objiciam illam Vistro conspectui ,
que

(p) Bayerl. lit. F. (q) Elian. de Var. bif. l. 13. (r) Bayerl. lit. F.

quæ plerisq; est despectui , nullā re magis suscipienda , quām
 sui despiciētiā. Multis neglecta , quia nulli satis intellecta.
 Videri non vult , & ideo se facit , quām potest Minimam , ut
 videri vix possit. Vidi illam , sed depictam. Stabat inter re-
 clines ad terram violas , erat illi statura minima , serena frons ,
 depressa supercilia , oculi in terram defixi , labia r̄idibunda ,
 collum sensim declive , quale fuit humilis Christi , (e) in amēno
 vultu jugis pax. Vestis illi coloris albi verecundā inclinatio-
 ne ad talos deducta terram lambebat: ad oram vestis epigraphe:
 discite à me , quia mitis sum & buminis corde. (f) decussatis in cru-
 cem brachijs gestabat agnillum : sparsas habebat ad pedes Mi-
 tras Archiducum , coronas Regum , Purpuratorum galeros , di-
 ademata Cæsarum , Pontificum tiaras. Hæc est AA. Minimo-
 rum Mater Minima , Filios habet , natu majorem nullum , o-
 mnes Minimos , sint etiam Maximi Pontifices , manebunt o-
 minium Minimi , servi servorum. Et hujus Minima Matri Mi-
 nimus Filius fuit Salesius : Matri tam similis , nec Semiramidi si-
 milior Ninus est: (u) sic oculos , sic ille manus , sic om̄ne ferebat. (x)
 Staturam vultus? mediocris erat , in ipsa tamen mediocritate
 minima: hinc nullum aspicere poterat , quem non summè su-
 spiceret. Frontem requiritis? ecce sinē rugosa nube Cœlum ,
 in quo explicatur inexplicabilis amēnitas. (y) de supercilijs in-
 terrogatis? ecce triumphales arcus , sub quibus omnium victrix
 ingreditur modestia. (z) pupillas desideratis? ecce umbrosæ
 sylvulæ , in quarum umbra virginæ meridiatur verecundia. (a)
 Sed quid hoc AA.? collum habet sensim declive , inclinatum
 leniter sinciput , oculos dejectos in terram. Assurge Salesi!
 attolle vultum! quid hæres in terra fixus? numquid DEVS

Os homini sublime dedit , Cœlumque tueri

Jussit? *

Jussit , sed homineto [respondet Salesius] ego homo non sum , in
 domo DEI mei sum canis. (b) O canis super Sirium cœlo digne!
 Si canis est humillimus Salesius , canis venaticus est: venatur de o-
 mni monte & de omni colle , (c) querit , quod non perdidit , cur-
 vat in terram animas , (d) quæ similes iumentis insipientibus dege-
 nerâ.

(s) Niceph.
l. 5. hist. c.
ultim.

(t) Matth.
ii. 8. 29.

(u) Sab. L. 1.
En. 1.

(x) Virg.
Æn. l. 3.

(y) Vide Vit.
p. 1. c. 1.

(z) ibidem.

(a) ibidem.

* Ovid. Met.
L. I.

(b) Vit p. 3.
c. 1.

(c) Jer. 16.
6. 16.

(d) Juvenal:
Vide Vit. p. 1.
c. 10.

- (e) *Pf. 48.* nerarunt in feras. (e) & hinc oculos habet dejectos in terram. Vidistis oculos, vultis torum vultum *Salesij?* denique talis erat, ut in eo incarnatam humilis Christi faciem se videre crederet purpuratus Berillus. (f) Et haec est Physiognomia, nescio, an *Salesij Minimi*, an *Minimorum Matris Minima*: hoc scio, unam & eandem esse utrique, ut Mater in Filio, & Filius in Matre, per mutuam anacampsin, instar imaginis de speculo reflectentis in speculum videatur.
- Vestis Minimi.*
- (g) *Serm. 4. in Epiph. Domini.*
- (h) *Plut. in Conib.*
7. *Sap.*
- (i) *Gen. 3. 6.*
- (k) *ib. 6. 10.*
- (l) *Lanob. Chron. An. 1629.*
- Minimorum Minima Mater induitur ueste candida, si-millimâ Salesius: ueste, quæ candet ut nix, nivescit ut lac, la-etescit ut lilium. &c., humilitas alter baptismus, ait Abbas Guer-ricus, (g) quidni cum baptismo eodem indueretur vestimen-to? Facebat hic Mundus, si unquam, hoc profecto tempore Lunaticus: olim pro Luna: (b) hodie pro Mundo non inveni-tur sartor, qui uestem faciat, tam mutabilis est. Quanta in-vestibus varietas! quanta cura! quanta gloria! ô cura non cu-ra! corporis exquisitus est cultus, animus manet incultus. com-ptuli & comatuli plerumque sordiduli. O gloria ingloria! quam homo cum exuvijs mutuatur à bellua! Quid? coccus ful-get in humeris? piscium est. Quid? pallium splendet in ter-gore? ovium est. Quid? unio ardet in pectore? ostreorum est. Quid? sericus ornatus in tibijs? bombycum est. Quid? elegans cothurnus in pedibus? vaccarum & boum est. Hoc habes monde! à quo primam innocentia uestem pro pomo vendidisti, (i) agnoscis te cum Adamo nudum esse, (k) queris, sed uestem aptam non invenis: hinc illa varietas. SALESIVS, uestem, quam semel accepit, semper retinuit, & uestem *Minima Matris Minimorum*. Quam pretiosa sunt umenta Tua, Mater *Minima*! Reges & Principes *Minimorum* habitum induerunt parvu-li, & in prima statim æstatula contraxerunt habitum ad amo-rem ordinis *Minimi*. (l) O quot Duces Bavaria! quot Archi-Duces numerat Austria, quos D. Franc, de Paula, depictus in Viennensi *Minimorum Ecclesia*, *Minimorum* indutos habitu tenet inter brachia! ô LEOPOLDE! Cæsar Invictissime! oculæ Germaniæ! pupilla regnorum! cynosura amorum! colu-mna*

mna Imperij! delicium Orbis Christiani! etiam Tu Minimorum indutus habitu parvulus, ambulabas ut *Minimus*, antequam fieres, quod jam es, *Casarum Maximus*. Hanc vestem, quam LEOPOLDUS, non portavit *Salesius*, portavit tamen vestem, eamque candidam *Minimorum*. Qualem vestem? vestis animi testis, ait Clemens (m) hinc Galli: (n) in *veste columbina* ambulat *amicitia*, *Fidelitas* in *janthina*, *Voluptas* in *lutea*, *Martyrium* in *purpurea*, *amor* in *rosea*, *spes* in *viridi*, *defiderium* in *castanea*, *constantia* in *prasinis*, in *candida* tandem tota *candida Innocentia*. &c. Tales testes sunt Gallis vestes. sed ô! quot incedunt *janthini*! sunt fideles, sed cum perfidis. O! quot incedunt *prasinis*! sunt constantes, sed in levitate. O! quot incedunt *purpurei*! sunt Martyres, sed Diaboli. *Salesius* vestem habuit, qualem *Minimorum* innocens mater, candidam, ipsam *innocentiam*, (o) candore candidior, totus innocens, ipsa innocentia. Et hinc purpuratus Baronius persuadere sibi nunquam potuit *Salesum* in *Adamo peccâsse*. (p) O Adam! ubi es? ecce *Salesius*! miranda res AA! nec sensum absolvo, vix insonat nomen *Salesij*, & Adam incipit fugere & abscondere se in *ligno paradisi*. (q) Quid hoc? cur abscondis te Adam coram *Salesio*? dicam, cur abscondat se Adam, AA, ô infelix Adam! Pomerum illud prohibitum, quod tam avidè decomedit de manu mulieris, (r) rejicit fastidiens stomachus, & innocentem illi vestem totam deturpavit: vestem abjecit, nudus est, abscondit se pudibundus. (s) O Salesi! etiamne tua vestis foedum illud pemum olet? non credit hoc purpuratus Baronius, ego de hoc non disputo, hoc solùm dico: à quo in primo Christianorum balneo lavit vestem suam, mansit alba, (t) nec unam duntaxat *Dominicam*, totam ille vitam celebravit in albis. Sciebat, quam facile vestis hac candida soleat innocentibus eripi, ne suam amitteret, strinxit & obstrinxit se, quam poterat fortissime, cingulo *Minimorum*. (u) O vestis pulchra! quam ipsi Cœlo intulit illas. O secura via! per quam intulit. Viam, quam tenet innocentia, tenuit *Salesius*: obiit enim & abiit in Festis Natalitys die SS. Innocentium cum innocentibus, cum ora-

(m) citatus à Scriban.
in Polit.
Chrift. c. de
festibus.
(n) Engelgr.
Dom. II. Ad.
blanche. In-
nocence.
Bleu. Fidel-
té. Colobin.
amitié. Iau-
ne. Plaisir.
Rouge. Ven-
geance. Isa-
belle. Liber-
tin. Incar-
nat. amour.
Verd. Espe-
rance. Tant.
Regret. Gris.
Travail.

Verdemer.
Perseveran-]
ce. Feuille-
mort. Espe-
rance perd-
nè &c.

(o) Innoc-
tia bestis.
Ambros. in
c. 22. Luc.

(p) Vit. p. 30

e. 7.

(q) Gen. 3. 10

(r) Gen. 3. 6.

(s) Gen. 3.

b. 10.

(t) Vit. p. 5.

c. 6.

(u) Lanos.

Chron. Min.

An. 1622.

(x) *Vit. p. 50.
c. 10. 1622.
28. Decemb.*

(y) *Kirch.
Osdip. Ägypt. T. 2.
p. 2.*

(z) *Ovid. L.
10. Met. ad
finem.*

(a) *Natal.
Com. myth.
l. s. c. s.*

(b) *id. ibid.*

(c) *id. ibid.*

(d) *id. ibid.*

(e) *Hyginus.*

(f) *Ovid. L.
4. Faſt.*

(g) *Diod. L.
5. c. 15.*

(h) *Ovid.
Met. 1. ad
fin.*

(i) *Apoc. 7.
6, 17.*

(k) *Hier. Ju.
per Matib.
illud: Qui
cunque hu-
milis fecit
parvulus.*

*Crux Mi.
nimis.*

retur: *SS. Innocentes orate.* (x) Multæ sunt ad Cœlum viæ, pro Innocentibus non omnes securæ. quam putatis securam, AA? *Viam Luna* putatis? non. *Via Luna* 28. habet Diversoria apud Ægyptios, in quibus plurimi Genij, quorum comes est *Azcupb*, quod interpretatur, raptor puerorum. (y) Væ parvulis! hæc via secura non est. *Viam Veneris* putatis? non. mala parvolorum custos est *Venus*: etiam sibi dilectos Adonides sinit vulnerari: (z) hæc via secura non est. *Viam Mercurij* putatis? non. *Mercurius Furum DEV'S* est, (a) cingulum rapuit Veneri, (b) sceptrum Jovi, (c) bovem Apollini. (d) Væ parvolorum yesticulis! hæc via secura non est. *Viam Solis* putatis? non. *Via Solis Ecliptica*, *Ecliptica* in medio Zodiaci, in Zodiaco terribilis *aries*, horribilis *Taurus*, terrores parvolorum: nōcivus *cancer*, qui etiam magno *Herculi* pedem laſit: (e) Væ delicatis parvolorum itinerantium pedibus! hæc via secura non est. *Viam Martis* putatis? non. *Mars ferue ingenio*, (f) horribilem gyrat acinacem: terrorentur parvuli: hæc via secura non est. *Viam denique Saturni* putatis? avertant hoc superi: non modò vestem, se totos perderent in hac via parvuli: nūnquid enim *Saturnus infantes vorat?* (g) hæc via secura non est. Vultis scire, quæ sit secura?

Est via sublimis, Cœlo manifesta sereno, (b)

Lactea nomen habet, candore notabilis ipso,

Hac iter est

Innocentibus. Lactea nomen habet, ebria lacte via est: etiam deficiant in via parvuli, habent, quo se confortent, hæc via pro parvulis. Hac perrexit cum Innocentibus *Salesius innocens*, secutus agnum usque ad *vita fontes aquarum*, (i) ubi se hodieum refrigerat ex itinere calentem. Innocens es? parvulus es. Innocentior es? minor es. Innocentissimus es? Minimus es: sensus est purpurati Dalmatae. (k) Dicite nunc, an non *Salesius* sit *Minimorum Matris Minima Filius*, qui vestem, quam Innocentes, ad Cœlum usque tenuit tam securus?

*Minimorum Mater humillima decussat in crucem
brachia, fecit hoc etiam Salesius: imò ut totus una Crux esse
vide-*

videretur, sive cùm amans oraret ad Dominum, sive cùm clā-
mans peroraret ad populum, expandit brachia, ut ex erecto
corpore, & transversali brachiorum linea una fieret Crucis fi-
gura. Quid tota SALESII vita fuit? *vita in cruce.* (a) Factus (a) p. 2. c. 3.
fuit Episcopus? quid fuit totus illius Episcopatus? duravit an- (b) p. 5. c. 10.
nis XX. (b) ecce non nisi duæ cruces! Locutus est? seipsum, (c) p. 4. c. 18.
depressit, tacuit? injurias digessit. (c) ambulavit? nudipes in- (d) p. 2. c. 1.
cessit. (d) peregrinatus est? calentia sanguine vestigia frigida (e) ibidem.
nix erubuit. (e) pernoctavit? sub dio noctem egit. (f) Ci- (f) p. 2. c. 3.
bum sumpsit? cinere condivit. (g) inimicos ultus est patien- (g) p. 1. c. 7.
tiā, inverecundos modestiā: (h) tandem cùm indefessus Aca- (h) p. 5. c. 5.
tholicorum vitam quereret, ab ijsdem *quesitus ad mortem*, (i) (i) p. 2. c. 20.
vix nōn Martyrium, quo *purpurascere desiderabat*, (k) invenis- (k) p. 4. c. 10.
set. Vita ergo fuit Crux: quid amabilis nativitas? iter ad cru- (l) p. 1. c. 1.
cem. *natus est in Augusto*, (l) quando Sol ex Virgine propera- A. 1567.
bat ad Libram, hoc est, ad crucem: Crucis enim figuram ha-
bet Libra. Si SALESIVS expectāisset adhuc uno mense, crucem
in libra neglexisset; properavit ergo & *natus est præter consue-*
tudinem duobus mensibus citius, hoc est, *mense septimo*, (m) & (m) ibidem.
cum Sole festinavit ad crucem libræ, in qua cùm Sol autumna-
le faceret Äquinoctium, SALESIVS perpetuum fecit solsticium,
nec recessit à cruce, ad ultimum usque vitæ justitium. Ad cru-
cem natus, in cruce mortuus: mortuus enim in Decembri, (n) (n) p. 5. c. 10.
qui mensis pro fronte crucem habet. Quid est December? de- bere.
cem, crucem significat ber, dicit Italus, est bibere. Ecce! De-
berem, quasi crucem bibere, bibit crucem SALESIVS, id est, cali-
cem, quem propinavit, qui dixit: *potes tibi bibere calicem?* (o) bi- (o) Matth. 20. 6. 22.
bit, ab hoc calice totus ebrius: non fecit tamen, quod faciunt
ebrij, sub cruce non cecidit, semper erectus stetit. Forte ca-
put! haustum ferre potuit, etiam *crucis torrentes* tulit. (p) Quid
si ex hoc calice, ut ex poculo Socrates, (q) etiam mortem.
hausisset? obijt SS. Innocentibus sacro die; (r) forte pridie Max. l. 1. c. x
cum Ganymede Domini Joanne fortē nimis haustum fecit, (r) Vit. p. 5.
fecit: exhaustus enim poculum veneno plenum à Calvino pro- c. 10.
pinatum, (s) haustum profectò Joannæum! Tam denique fuit (s) p. 4. c. 9.
avidus

avidus hauriendæ crucis SALESIVS, ut, cùm omnes videretur
(t) p. 1. c. 9.
exhauste calices, se tandem sic exhaustis flagellis (t) ut vix su-
& p. 4. c. 3.
peresset amplius, quò percuteret. Ecce! etiam Crux SALE-
SIVM fecit Minimum, Minimum Matris Minima Filium ge-
nuinum.

Agnellus
Minimi.

Decussatis in cruce brachijs agnellum gestat humili-
ma Minimum Mater: fortè nec deerit agnello Salesio. Vi-
deamus, quid habet Salesius? præcedens annus dixit anagram-
maticus: Salesius est Sal JESVS. habet ergo duo Salesius, salem
& JESVM. Quid est JESVS? Græcus dicit: In ovis, fit ana-
gramma, σὺ ἦσας. Latinè. Tu es ovis. ergo Salesius, hoc est,
Sal Jesus, idem est, quod sal ovis. Salem ergo & ovem habet,
Et bene salem habet penes oviculam: quid enim aliud lingunt
in eaulis oviculae, quam salem? agnellum habet Salesius, quia
mansuetudinem habet. (u) agnellum donavit illi mansuetudo,
mansuetudo nutrix educavit. O Salesi! agnellum habes, in-
agnello vellus, & quia mansuetudo tua fuit aurea, (x) vellus au-
reum habes, futurus Eques velleris aurei, si non equos rejetisses,
(x) p. 4. c. 9.
(y) p. 4 c. 3.
(z) in Mi-
thridate.

(a) Vit. p. 4.
c. 14.

(b) p. 5. c. 5.

(c) in vita.

(d) p. 5. c. 4.

(e) Matth.
5. 6. 39.

cum ipsum pescatoris annulum in Pontificum literis (a) toties at-
traxit. Traxit omnes Salesius, mansuetus in suos, clemens in
hostes, (b) mitis in omnes. O Salesi! recordor oculorum
tuorum: erant fenestræ crystallinæ, è quibus prospiciebant
mites gratiæ. recordor aurium tuarum: imò non tuarum: e-
rant enim aures tuæ omnium aures, aures dabas omnibus; cle-
mentem omnibus audientiam. (c) recordor gustus tui: quam
insipida degustanda veniebant, erant tibi tamen ad palatum
omnia, ad stomachum nihil. recordor manuum tuarum: tam
mitis fuisti, nulli manum admovisti, nisi ut benefaceres: (d)
nullum tetigisti, si excipiam amabiles illos, quos Episcopus
cum chrismate dedisti colaphos. O! si me percussisses in una,
quam libenter etiam maxillam alteram porrexissim. (e) Et
tam

tam mansuetum amorem *Salesij*, quis non amasset? amor *hamus*
est: non poterat non omnes *hamare*, quos nunquam desinebat
amare; amor *speculum* est: in *Salestano* speculo suam omnes vi-
debant imaginem, seipsum odisset, qui *Salestium* non amasset.
Amor cordis clamor est, ad tam amabilem *clamorem*, etiam
corda saxeа reddere non poterant aliam *Echonem Salesio*, quam
amorem. Etiam Cœlites traxit mansuetum vellus *Salesij*: cùm
fieret Episcopus, Petrum & Paulum ecstaticus (*f*) de cœlo de-
traxit. Imò tam familiares erant *Salesio* Cœlites, AA: ut et-
iam ipsi colluderent. Et quidni lusissent cum *Salesio*, quem
videbant *Minimum*, hoc est, ad lusum propensum? nesciunt e-
nim parvuli quiescere, conveniens illis lusus est, ait Aristoteles.
(*g*) Amor ipse *Minimus natus nobis* (*b*) habiturus cum filijs
hominum delicias quid fecit? lusit ludens omni tempore in *Orbe*
terrarum. (*i*) O deliciae! ô lusus! qualis lusus AA? quid si
lusus pyramidum, igneorum lusus globorum? Tam dexter e-
rat in hoc lusu *Salestius*, ut ipsos Cœlites frequenter sclavos fe-
cisse credi possit, cùm toties *igritas* illi de Cœlo pyramides ad
Oratorium apposuerint, (*k*) & globos igneos ad terram, velut
ad metam, dejecerint. (*l*) O! liceret spectare ludentem AA!
sed abijt ex arena, ut vobis locum ludendi relinquret. Redeo
ego ad agnelli *Salestiani* mansuetum vellus, quod collusores et-
iam Cœlites attraxit, & interrogo Vos, annon genuin⁹ *Minimæ*
Matris Filius sit *Salestius*, cui similem, qualem illa gestat decusla-
tis in crucem brachijs, agnellum aurea mansuetudo educavit?

Restat ultimum, quod spectavimus in pedibus *Minimi*
morum humillimæ Matris: calcat cum illa *Salestius* Regum
Coronas, & in coronis Regum coronatam Mundi vanitatem.
Agiles sunt parvuli, agillimus *Salestius*; quia *Minimus*. Quan-
tos non saltus fecit Joannes in utero! (*m*) & tamen ita salire
non potuit, ut ante nonum mensem in hunc mundum insiliret.
feeit hoc agilior *Salestius*; venit mense *septimo*, (*n*) Præcurso-
rem Domini præcucurrit. Ecce! Saltator tam agilis salit super
Regum coronas. Super Regum coronas? quid agis *Salestij*? pe-
dibus non times? Coronæ Regum acutæ, cuspides habent. Non

(*f*) *p. 4. c. 8.*

(*g*) *Polit. 8.*

(*h*) *I. 9. b. 6.*

(*i*) *Proß. 8.*

(*k*) *Vit. p. 4.*

c. 7 & alibi.

(*l*) *p. 5. c. 4.*

Pedes Mi-
nimi.

(*m*) *Luc. I.*
§. 41.

(*n*) *Vit. p. 1.*
c. 1.

et met, currit super coronas Regum, imò volat velut alatus Regulus: Minimus, subtilissimus, levissimus est: nulli gravis, totus in DEO, à materia, à quantitate totus abstractus.

Vidistis hactenus AA. Salesium *Minimorum* Matri *Minime simillimum*, humilem in vultu, candidum in veste, conformem in cruce, mitem in agnello, super Regum coronas ambulonem. Illum ergo Matris hujus *Minime* Filium genuinum & vere *Minimum* ex hoc ipso loco pronuncio & declaro. Sed miranda res! AA: dum *Minimum* dico, Minorem semper & Minorem apparere mihi video: imò vix amplius video. O Sales! non subtrahete oculis meis. O! patientia! jam factum est, subtraxit se, amplius videri non potest. Aut ergo *Minimus Salesius* factus est *Spiritus*, aut *nihil*. Vtrumque AA: *Spiritus* est: habeo hoc ex Beatissima Aurilottia, quæ illum credebat Angelum à DEO missum, (o) hoc uno dissimilem Angelo, quod esset mortalis. *Nihil* est: ex ipsius ore hoc habeo: peccatorem enim se vocat *Maximum* & *nihil*. (p) *Nihil* est, in hoc uno dissimilis *nibili*, quod factus sit à DEO, sine quo factum est *nihil*. (q) Quid minus *nibili*? si *nihil* est, bene dixi: *Minimus* est. Imò non dixi: quia Salesium *Minimum*, hoc est, *nihil* dixi. Parcite AA: decepi vos; venistis, ut audiretis aliquid, & ecce! *nihil* dixi. quid dicam? si dixerim, *Salesium Minimum* & hoc est, *nihil* dicam. finem ergo faciam? sed amabò! quomodo dicam *dixi*, si hactenus *nihil* dixi?

Immortalé Deum! quid hoc? *Salesium* dixi *Minimū*, dixi *Spiri-*
tum, dixi *nihil*. grandis error! Ecce videtur iterum: estne *Vertu-*
mrus? *Vertumnus* *formas* se *mutat in omnes*: (r) gracilescit in ri-
vulum, tumescit in fluvium: florescit in virgulā, rameescit in ar-
borem: gliscit in scintillam, flammeescit in pyram: puerascit in
Nanulum, grandeſcit in Euceladum. Vultis scire, quid fa-
ciat *SALESIVS AA*? nunquid ludere videbatur ut parvulus? fa-
lire super Regum coronas ut Regulus? disparere tandem ut spi-
ritus? & quid iact? Humi jacet, movetur, sensim elevatur, at-
tollitur. Ecce! jam assurgit in aërem. O miraculum! jam
penetrat fornicem. O prodigium! jam nubes transcendit.
Opor-

(o) p.3. c.10.

(p) p.3. c.6.

(q) Joan. 1.
v.3.

SALESIVS:
Maximus.

(r) Com-
Natal. L. 8.
c. 3. myth.

O portentum! jam ultra firmamentum exurgit. O summus
portentorum! jam caput habet in centro Empyrei, hinc non
miror illum humeros habuisse toti terrarum Orbiferendo pares,
ut loquitur Illustrissimus Bellajus Episcopus. (a) Elevate
capita AA: O DEUS! quam grandis est SALESIVS! verè Maxi-
mus! verè Gigantæus! Gigantem fecit Virtus, Fortuna, Digni-
tas, Sapientia, Facundia.

(a) Vit. p. 3.
c. 5.

(b) Pf. 18.
6.

(c) Vit. p. 5.
c. 4.

(d) p. 4. c. 17.

(e) p. 5. c. 1.
& 3.

(f) p. 3. c. 5.

(g) p. 4. c. 10.

(h) p. 5. c. 4.

(i) p. 2. c. 8.

(k) p. 5. c. 6.

(l) p. 2. c. 10.

(m) Lano-
vius 1622.

(n) p. 3. c. 11.

(o) 2. 2. de

Univ. c. 18.

& 95.

(p) Bayerl.
lit. L.

(q) Vide
Martyrol.
Colon. im-
presi 1652.

Gigantem fecit Virtus. In SALESIO factura sibi Virtus
hospitium videtur tentasse, quid toto virium labore contrahe-
re posset in compendium AA: Gigantæus Sol est, (b) cui ardens in
DEUM amor accedit pectus: (c) cui caput flammis coronavit
Zelus: (d) cui voluntatem proximi charitas inflammat. (e)
Imensus horrus est, in quo cum violis inclinatur humilitas:
(f) cum olivis surgit mansuetudo: (g) cum cedris viret miseri-
cordia: (h) cum rosis rubet patientia: (i) albicat cum lilijs ca-
stimonias. (k) Vertitur cum sole quijs obedientia. (l) Virtu-
tum Oceanus est, profundus sine fundo, amplius sine termino,
nunquam enavigandus. (m) Et hoc est, quod dixit Henri-
eus IV. omnes in SALESIO dotes Angelorum, omnes Iustorum laudes,
velut aquas in Oceano, velut flores in horto, veluti radios col-
lectos in sole contineri. (n) Sed DEUM immortalem! quid di-
cis Rex Christianissime? DEUS bone! quot millions Angelo-
rum divinat Guilielmus Parisiensis, (o) ponit intelligentiarum
9. ordines, in quolibet 6666. Legiones universim Legionum
59994. habet una Legio 6666. (p) unus ergo chorus 44435556.
universim intelligentiarum 2555846746664. O numerus penè in-
numerus! & tamen omnium dotes Angelorum unus compre-
hendat Salesius? DEUS! quot superlunt Iusti! de illis solùm lo-
quor, qui Cœlum tenent. Numero in solo Romano Marty-
rologio (q) in Januar: 979. in Febr: 575. in Mart: 11980. in April:
713. in Maj: 2731. in Jun: 11668. in Jul: 11141. in August: 930. in
Septemb: 681. in Octob: 7077. in Novemb: 826. in Decemb: 678.
Et omnium laudes in SALESIO resplendent illustres tanquam
in Sole? germinent perfectæ tanquam in paradiſo? continean-
tur

tur uberes tanquam in Oceano? & sub tanto laudum ac virtutum pondere adhuc spiras SALESI?

Gigantem fecit Virtus, Fortuna, ab haec nobilitatem habet, & quam grandem! etiam apud Allobrogos crevit per secula, à Patre SALESIANA, à Matre Charançonnetia, (r) Nobilium atria vocat Juvenalis fumosa, propter fumosas ceras, Majorum insignia. Et hinc fortassis in aulis fumus, qui frequenter ita mordet Astrææ oculos, ut inde [eheu quoties!] amarissimas etiam lacrymas emittant oculi pupillorum. Habuit ceras SALESIVS Avorum, Proavorum, Abavorum, Atavorum, Majorum insignia, (s) sed non fumosa: amabò enim! cui unquam memordit oculos fumus in aula SALESII? pupillis? non nisi post mortem. (t) cùm enim Mors tantum lumen extinxisset, quid poterat remanere, nisi fumus, qui sic omnium insedit oculos, sic compressit, sic omnem expressit lacrymam, ut novum crederetur esse diluvium lacrymarum. Nobilitas SALESII verè Gigantæ! quæ eum evexit tam altè, ut etiam Principem fecerit. (u)

(u) Bayerl.
lit. E. Episcopi Gene-

bens.

(x) cit.

Bayrl. lit. E.

(y) Bayerl.

Lit. E.

(z) Vit. p. 5.

c. 9.

(a) p. 4. c. 10.

Gigantem fecit Virtus, Fortuna, Dignitas Episcopalis. Quid est haec Dignitas? non tam bonos, quam onus angelicis humeri formidable, respondent PP. Tridentini: (x) Quantus Gigas Episcopus Salesius! portavit, quod potentes Angelorum humeri vix ferrent. Episcopus secundum etymon Inspector est, vigil est. & hinc Episcopi in loco maximè sublimi: (y) verè in loco sublimi SALESIVS: vix enim alias tam procul vidisset, ut etiam mortem pravidisset. (z) cùm tam altè evectus esset Episcopus, etiam Purpuratorum illi galerum apponere voluit Clem: VIII. (a) Judicavit SALESIVS indecens, ut, cùm caput Gigas haberet in Cœlo, coram summa Majestate staret apposito pileo; rejecit galerum, capite semper stetit detecto summa Majestatis humillimus Vasallus. Et quid? à galero Cardinalatum mendicasset? sine galero Virtutes ille Cardinales habebat omnes: prudens in consiliis: (b) fortis (c) in adversis: justus in æquis: (d) Temperantia sic obtemperans in omnibus, ut non haberet amplius, quod mandaret. (e)

(b) p. 3. c. 10.

(c) p. 3. c. 11.

(d) in vita
in plur. locis

(e) p. 1. c. 7.

Gigan-

Gigantem fecit Virtus, Fortuna, Dignitas, Sapientia.

Stupuisserat attoniti Philosophiae Principes Plato & Aristoteles: imposuerant Lutetiae palliolum adhuc parvulo (f) & ecce! (f) p. i. c. 6.
brevi supra omnes Musarum montes exurrexit sapiens, *Dominus Astrarorum*. Stupuisserat Jurisprudentiae Phœnices Justinianus & Bartholus: Biretum apposuit illi Patavium: brevi pro ipso DEO causam egit. (g) grandis JurisConsultus, qui Deum ipsum habuit Clientem. Stupuisserat Theologiae Angeli Lombardus & Thomas: *disputavit coram Summo Pontifice sapienter*, (h) p. 3. c. 7.
(b) *coram decem hominum millibus saepe tam potenter*, ut Davulium (i) etiam & Bonnum (k) [binas Calvinistici Convivij columnas] robore planè Samsonico (l) prostraverit. *Gigantæ SALESII sapientia!* quæ tandem eum evexit inter stellas Cœli, ut luceret velut splendor firmamento doctissimus. (m)

(g) p. 1. c. 10.
P 3. c. 1. 8. 3.

(h) p. 3. c. 7.

(i) p. 2.

(k) p. 5. c. 6.

(l) *Judic. 16.*
6. 30.

(m) *Dan. 12.*
6. 3.

(n) *in Vit. in plurimis locis.*

Denique Gigantem fecit *Virtus, Fortuna, Dignitas, Sapientia, grandis supra fidem Facundia*. (n) Hic assurgite, quotquot estis Oratores in Græcia: facunde Demosthenes, verbose Plato, gravis Lycurge, amœne Pisistrate, fulminans Pericles, elegans Theophraste, suavis Isocrates, gratae Aristides, gracie Isæe. Assurgite, quotquot estis Oratores in Latio: cum Brutis Cethegi, cum Catonibus Fabij, cum Lælijs Publij, cum Catulis Antonij, cum Hortensijs ipsi Tullij. Assurgite denique de tumulis, quotquot unquam hunc solem aspexisti Oratores! & postquam surrexeritis, suspicite, & cadentes in terram proni *SALESIVM Eloquentiæ grande nomen & numen adorare*. Hic est *SALESIVS redidivus Tullius*, (o) qui Tullij mortui gloriam obscuravit. Hic est *SALESIVS*, unus homo! qui cum inciperet linguam movere, suspensam tenuit Auditorum multitudinem infinitam. (p) Hic est *Salesius*, unus homo! (p) p. 5. c. 7
eius oculi, caput ac manus loquebantur: unum attollebat digitum, & totam quasi in triumpho Galliam circumducebat. Vultis audire perorantem AA? ecce! quomodo tremit in Ministris suis Calvinus: assurgerent illi capilli, nisi calvus esset: ita movet *Salesius*. (q) Ecce! sternuntur septuaginta duo Acatholicorum millia: ita fulminat *Salesius*. (r) Ecce!

(o) *in Vita*

(p) p. 5. c. 7

(q) p. 3. c.
1. 7. 8. c.

(r) *in Opificiis: de Salesi-*

(s) Boccat.
l. 12. c. 26.
(t) Bayerl.
lit. E. Episc.
Genes.
(u) Job. 37.
§. 18.

SALESIVS
Maximus,
quia Minim.
(x) b. que
non. Trim.
c. 8.
(y) Ps. 18. 6.
(z) Luc. 7.
v. 27.
(a) T.r.serm.
19. & 20.
(b) Vit. p. 5.
c. 6.

(c) Sen. init.
L. 3. natur.
99.
(d) Schott:
Hydraul. in
hypot.
(e) Eph. 4.
b. 9.

(f) Vit. p. 3.
c. n.

accurrent à centenis & amplius milliaribus Auditores: ita trahit, quasi Gallicanus esset Hercules (s) Gallus Gigas Salesius. Tandem cum fecisset quatuor concionum milia, (t) & virum tam grandem terram debilis amplius portare non posset, super Coelos are fusos (u) translatus est à morte. O Salesianæ vox facundiæ verè Gigantæ! quæ ad Alpes Galliæ repercutta, non modò Galliam, sed universam latè viciniam, non tam personuit, quam pertronuit universam.

Gigas ergo & Gigas Maximus est SALESIVS, qui sic erat in omnibus optimus: idem enim est majus esse, quod melius, inquit Maximus Augustinus. (x) Sed AA: quid dicet Præcursor Domini, qui exultavit ut Gigas ad currendum? (y) Inter natos Mulierum non surrexit Major Joanne: (z) quomodo ergo Maximus est SALESIVS? audite, quid dicat Veritas: internatos Mulierum non surrexit Major Joanne, qui autem minor est in regno Cælorum, major est illa. bene habet AA: Regnum Cælorum Ecclesia est, ait Ambrosius. (a) SALESIVS cum Fratribus Minimiis non Minor tantum in Ecclesia, sed Minimus est, ergo Joanne Major est: & quia cum Joanne idem est, (b) etiam seipso Major est: & quia ipse Minimus idem cum Minimiis, omnibus etiam Minimiis Major est; & quia Minimi Majores Joanne, omnibus etiam Joanne Majoribus Major est, ergo Maximus est. Vivat io! Vivat Maximus SALESIVS! & cur Maximus? quia Minimus. Men-

sura humilitatis: mensura magnitudinis, (c) ascendit ad centrum Empyrei Maximus; quia descendit ad centrum nihil Minimus:

sic aqua quod descendit profundius, eò ascendit altius, dicit Hydraulicus. (d) & hinc Sciolus ille Belga fonti superscripsit Paulinam epigraphen: quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit? (e) Vivatio! Vivat Minimus Maximus! Vivat Salesius.

Tantus Vir super omnem mortalitatis turbinem elevatus stetit. Stetit utriusque Fortunæ Dominus, constans in prospera, fortis in adversa. Stetit, ubi ruerent Atlantes, in rebus turbatis quietus, in convulsis immotus, in desperatis cretus. Stetit Major, quam ut posset à Fortuna circumagi. (f) Io Vive Heros! si defuerint, qui laudent Te vivi, surgent mortuorum

euorum cineres , quibus vitam inspirasti Thaumaturgus , (g) in Tuorum laudes facinorum animati . Sed quid stas Heros Maxime ! totâ vitâ stetisti , saltèm post mortem sede & quiesce . Jam sedet . sed ubi ? Vir tam grandis , Maximus omnium , Gigas Gigantum ? DEUS ! quis Polycletus pro illo sellam fabricavit ? novem sunt anni AA : & SS . Pontifex Alexander VII . Cuius Montium non putavit pro illo meliorem fore sellam , quâm si suos illi montes substerneret . Substravit : & , ut in montibus vel in occasu Salesium agnosceremus solem Episcoporum , (b) sancti E- piscopi (i) sanctum caput tadijs coronavit .


(g) in Brevi
Canoniz.
Alex. VII.

Quiesce Antistes Maxime Salesi ! & parce audacia Oratoris Minimi , cuius debilis Oratio tecum tentavit ascendere ad centrum Cœli . Ecce defatigata plus ultra non potest : Gigantes passus facis , non potest amplius assequi , cadit , ultimum suspirat : Salesius ! & expirat . patientia ! expiravit . In Alexandrinis Tecum Montibus requiescat in pace .

Et Vos quiescite fatigati AA : descendistis cum Salesio Minimo ad centrum nihili : quantum iter ! iterum dico : quiescite . Ego Minimus Orator defatigatus quiesco , & grandibus Maximi SALESII meritis impar ,
attonus obmutesco .

(h) in pref:
Vit.

(i) Vit. p. 3.
c. 7.



D. Ay-



D. Avg; de Verb: Dom: serm: XXXV.

Minimi. qui sunt? Hi ---- qui omnia sua
dimiserunt, & secuti sunt CHRISTUM : ---
ut DEO sine seculi compede expediti servirent,
& ab oneribus Mundi liberatos, velut pennatos,
sursum humeros tollerent. Hi sunt *Minimi*.

Quare *Minimi*? quia humiles --- Appen-
de *Minimos* istos, & grave pondus
invenies.

O. A. M. D. G.

